

LECTIONES
PVBLCICE ET PRIVATIM
IN ACADEMIA LVDOVICIANA
PER AESTATEM HABENDAS

RECTOR
ERNESTVS THOM
PROF. MORAL. ATQVE IVRIS NAT. ET GENT.
VNA CVM VNIVERSO
SENATV ACADEMICO


INDICIT

ET AD EAS DILIGENTER AVDIENDAS
GENEROSOS AC NOBILISSIMOS
CIVES ACADEMIAE

PERAMANTER INVITAT

D. XXIII. APRIL. A. MDCC LIII.
SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

GIESSAE
TYPIS EBERH. H. LAMMERS, ACAD. TYPOGR.



In Facultate Theologica.

D. REINH. HENR. ROLLIUS.

Facult. Theol. Senior & h. a. Decanus.

Postquam, superioris anni sub exitum, commentationes in Augustanam confessionem ejusque Apologiam, & articulos Smalcaldicos, ad finem feliciter perduxisset, anni præsentis, quem nunc agimus, initio *Introductionem in harmoniam historię passionis Christi*, in certa segmenta distributam, *publicis lectionibus* propinare cœpit. Cujus pars major cum tradenda restet, totus in eo erit, ut hoc ipso, quod nunc ingredimur, semestri æstivo; & ipsa rite absolvatur, singulorumque segmentorum expositioni porismata, praxi pietatis inservientia, subjungantur. *Exercitium quoque disputatorium in Syllogem*

contro-

controversiarum Fechtianam, nunquam satis laudandam, continuabit, ipsasque simul theses curatius enucleabit. *Privatim Theologiam positivam* de novo præleget, dogmata sacra, ubique inspersa eorundem historia, perspicue explicaturus, quoque pacto singula ad praxin pietatis, sine qua nuce cassa vilior omnis est scientia, dirigenda sint, fideliter commonstraturus.

D. IO. HERM. BENNER, P. O.

Pensum *publicum*, hucusque fuit; *theologia naturalis*, & *homiletica*. Quo nuper peracto, nunc disputando, vel publice, quod optat, vel privatim, varia argumenta ventilabit. Partes *theologiae* reliquas, *theticam* & *moralem*, sicut solet, annuo spatio absolvere studebit.

In Facultate Iuridica.

D. FRANCISCVS IVSTVS
KORTHOLT,

Prof. Iur. Ord. & Acad. Syndicus.

Publice duce SCHMAVSSIO *iur. publicum*, privatim *digesta* secundum BOEHMERVM exponet, inque his quidem ita versabitur, ut non tantum, quae ibi explicanda supersunt, propediem absoluat, simul etiam easdem praelectiones, non expectato priorum exitu, de integro resumat.

D. GOTT-

143

() 0 ()

5

D. GOTTLLOB AVGVSTVS
IENICHEN,

Codic. & Nouell. P. P. O.

Publice uiam & rationem commode & feliciter perueniendi ad sacra iurisprudentiae adyta, simulque omnem historiam literariam iuris duce A. R. I. BVNEMANNO tradet. *Privatim* in I. G. HEINECCII *Elementa Institutionum* commentabitur, & uera genuinaque iuris ecclesiastici principia ad leges ecclesiasticas Hasso-Darmstadinis accommodata in gratiam & theologorum & iurisconsultorum candide, fideliter diligenterque docebit.

D. IO. ERNEST. HOEPFNER,

Prof. Iur. Ord. & Facult. Iurid. h. t. Decanus.

Publice Ius Criminale ad ductum SAM. BOEHMERI, *privatim* Ius Digestorum IVSTI HENN. BOEHMERI & HEINECCII Institutiones Iur. Ciuil. explanabit.

D. CHRISTOPH. LVDOVIC.
KOCH,

Consiliar. Regim. Hass. & Iur. Prof. Ord.

Digesta a Libro XXVIII. ad finem usque praeleget. *Ius Germanicum* vero secundum ordinem Elementorum Consult. ENGAVII de integro explicabit.

In Facultate Medica.

D. GER. ANDR. MULLER,

Med. P. O.

Publice Physiologiae corporis humani principia exponet, demonstrationibusque plantarum, officinalium imprimis, vt & excursionibus quandoque botanicis vacabit. Priuatim autem pathologiam docebit, in LOMMII *observationes medicinales* commentabitur, denique etiam *Introductionem suam in medendi methodum*, ipso hoc semestri typis excudendam, vberius explicabit; & suppetant modo vires animi corporisque, clar. CAR-
THEVSEI *fundamenta materiae medicae* illustrare magnopere cupit.

In Facultate Philosophica.

IOH. LVDOV. ALEFELD,

Philos. Prof. primarius, Stipend. Ephorus & Ordinis
philos. h. t. Decanus.

Quem singulis adhuc annis feliciter emensus est, vniuersae *Philosophiae naturalis* cursum, denūo ingreditur, operamque dabit, vt per amoenissima huius disciplinae spatia deducti naturae scrutatores habeant, quae & prodesse & delectare queant. Priuatim alumnos publicos in *arte disputandi* iugi exercitatione confirmabit; reliquos

reliquos vero labores suos ad studia captumque auditorum accommodabit.

ERNESTVS THOM,

Prof. philosophiae practicae.

Hac aestate *Baumeisteri Institutiones philosophiae moralis*, quae ius naturae & ethicam complectuntur, publice explicabit; & ea, quae restant in exponendis *Institutionibus iuris naturae & gentium L. B. de Wolff*, persequetur & absoluet.

ANDREAS BOEHM,

Log. Metaph. & Mathes. P. P. O.

Publice *Geometriam practicam*, priuatim *Logicam, Metaphysicam & Mathesin mixtam* docebit. Lectiones praeterea priuatissimas desiderantibus pro viribus satisfaciet.

D. CHRISTOPH. LVDOVIC. KOCH,

Histor. Prof. ord. & Biblioth. Acad. Praefectus.

Publice *res Imperii Regnique Germanici ex delineatione Cel. SCHMAVSSII* denuo tradet. Priuatas Lectiones pro Auditorum desiderio ordinabit.

PHILIPPVS NICOL. WOLF,

Prof. LL. OO. ordin.

Publice collegium biblico - cursorium continuabit; Priuatim linguas Ebraeam & Chaldaicam, duce DANZIO,

ZIO, nec non Graecam docebit. Denique illis, qui linguam Arabicam, praeunte CELLARIO, artemque accentuatoriam ad ductum WEIMARI discere cupiunt, sua offert officia.

IOH. GODEFR. ZENTGRAV,

Prof. Eloq. & Poës. Ord. & S. S. Theol. Extraord.

Post Orationem Inauguralem, qua munus sibi recens concreditum rite auspicabitur, Lectiones suas, tam publicas quam priuatas, e valuis Academicis palam faciet.

Praeterea generosis ac nobilissimis academiae ciuibus praesto sunt magistri peritissimi, publice constituti, qui *artem equitandi, gladio pugnandi & saltandi*, itemque *linguam Gallicam atque Italicam* tradunt.

